



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

31. Fusoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

32
 tream fingeant ex oriza ; esto noctati tūm minus pellucidam tūm
 magis fragilem : ex opposito ceras perpurgant adeo exquisitè , vt eas
 perducant in excellentiam candoris eximij , nec modo vulgares ex
 apībus ; sed sibi ex vermis proprias qui in intra Sinus arborum coa-
 lescunt . Est & tertium genus , plantarum quartundam ex frugib⁹ ex-
 pressum , sed primis duobus deterius . Texendis in omnes pannorum
 formas Sericis , & omni colorum & animantium varietate figurandis
 adeo miri sunt , vt tramam eorum attalicam , Phrigionis acum manum-
 que existimes , in contrahendis dumtaxat corporibus & situ gestuque
 donandis , cum artem aliam præter iudicium oculi non sequantur , de-
 formant illorum habitudinem partium mutuam , & risum præbent vel
 mediocriter in eo peritis . Certum quendam colorum subactum pingen-
 do adhibent , olearium ignorant penitus , artemque , quod peius est ,
 picturæ vmbbris idoneis frequentandæ , ac permiscendorum inter se co-
 lorum : suam tamen hanc seu picturam seu magis tinteturam eiusque
 opifices suspiciunt quod ea in arte melius nihil norint . Scalpro illorum
 videri doctius nihil potest , catenam interdum , eodem in matrone in-
 cident longiorē , mobilibus annulis perforatam , & eodem ē saxo soli-
 dam , patientia haud minus pertinaci quām mire solerti , qui scalpen-
 do excellunt : fundunt & statuas etiam colosseas , sed in quibus nihil
 laudes præter aurum quo illas decorant , cetera ineptas . Monstrat Pro-
 uincia Honam duodecim statuas suis in basibus , ab annis ut ferunt
 mille octingentis , cuius opere nescitur , quanto artificio viderint , pu-
 tant illas Sinenses diuinæ manus , non humanæ opus quod eorum nemo
 ad eatum præstantiam accesserit , fundendo ducendoque ferro nos vin-
 cunt , præterquam cannis muralibus quas habent satis rudes , digna ta-
 men ingenij laude si fuere illarum inventores , vt & sulphurarij pulve-
 ris quem singulari peritia , & immensa copia componunt : testatur
 Matthæus Riccius , quod semel tantum magnarum in urbium duabus ,
 absumi vidi in ignes ludieros quibus variandi pollutient industria ,
 potuisse apud nos triennali bello sufficere , agebanturque tunc
 noui anni festa initia , quæ sunt lachitiis similibus & sumptibus impe-
 rio vniuerso communia . Sinarum Architectonice suos quoque tenet
 eruditos statosque Canones & leguntur tūm apud antiquos illorum
 antores ; tūm re ipsa cernuntur in magnis veterum operum monu-
 mentis , æmulantibus quidem magnificentia priscaj operas Romanorū
 , sed multitudine longe vincentibus , dictum haud pridem de pon-
 titibus , non sine admiratione , palmarie aliud Sinarum opus sunt turrium
 moles , vel ad mittendam in longa secula , heroum memoriam , qui
 virtute , liritis , armisque claruerunt ; vel ad urbium ornamentum ; vel
 cuiuspiam simulacri , venerationem , vt duæ ingentes ex marmore alti-
 tudine pericarum centum viginti sex quæ templum idoli Pes vtrime-
 que fulciunt : nec tamen conferri cum iis possunt quas publicè vrbes
 ædificant , velut malorum amuleta , & fatum ciuicæ faustitatis , dum

eo

28.
 De ceris.

29.
 Textura &
 phrygion.

30.
 Pictura.

31.
 Sculptura.

32.
 Fusoria.

Architect.

33.
 Turribus
 admittand.